

3189.

1336 d. 1 Febr.

Ragvald Sibbesons söner HEMMING och JOHAN bortbyta 14 örtugland i Hammarby i (Öfver-) Enhörna socken och Dunsta till Hr Notholm Eggardsson, mot 14 örtugland i Borgby på Öland.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presentes litteras jnspecturis. HÆMINGUS et JOHANNES filii rangwaldi sibbæson. salutem in domino sempiternam. Notum facimus per presentes quod cum nobili et discreto Notholm ægardsson permutacionem et cambium prediorum agimus in hunc modum. jta quod nos recipimus ab eo. XIII:or solidos in borghby in ølandia. dimittentes eidem et suis heredibus quatuordecim solidos in hamarby enhurne et dunsta pro possessione perpetua retinenda, et si pro ipso vel suis heredibus predia predicta per quempiam in posterum impediri contingat obligamus nos ad soluendum et satisfaciendum sibi vel suis heredibus in Centum triginta marchis denariorum monete nunc currentis, pro quibus eis exponimus decem oras terre in hægharsta kilum. ad percipiendum et leuandum fructus et redditus quoscumque inde prouenientes pro dampnis interesse. quousque memorata summa pecunie fuerit persoluta. In cuius testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. In euidentiam autem maiorem sigillis. discretorum. øndonis hadha et laurencii. krydenær ciuium nycopie et dilectorum fratrum nostrorum jacobi videlicet et laurencij presentes petimus roborari Datum anno domini. M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. trecesimo. sexto. vigilia purificationis virginis gloriose.

Sigillen borta, remsorna qvar.

3190.

1336 d. 2 Febr.

Helsingborg.

Drotset NILS ABJÖRNSSON och Marsken HÅKAN MATTISSON intyga, att Nils Nipertz och Gutserk Jonsson, i deras närvaro, ingått förlikning.

Brocmans afskr. af orig. på perg. i K. Danska Geh. Arch. \*)

Vniuersis presentes litteras inspecturis NICHOLAUS ABYORNÆSON illustris regis Swecie, Noruegie et scanie Dapifer et HAQUINUS MATTÆSON, eiusdem regis marscalcus, Salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, quod anno domini millesimo trecentesimo trescesimo sexto die purificationis sancte marie virginis in Helsingborgh constituti coram nobis nicolaus nipretz et gutsszercus

\*) Originallet, som, att döma efter afskriften, lär hafva varit söndrigt, har icke af Utgifvaren kunnat återfinnas i Danska Geheime-Archivet.